



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

41. An Episcopus possit punire regulares in casu, sess. 7. c. 14. Concilii Tridentini? Et pro praxi huius difficultatis aliqua notabilia discutiuntur in textu huius resolutionis quoad regulares, & ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

4. Sed ego hæc omnia minime amplectenda esse puto cum communi Doctorum sententia. Dico igitur vigore Concilii Tridentini, *sess. 25. cap. 12.* Censuras, interdictiones etiam ab ipsis Episcopis emanata, ipsis mandantibus, esse à Regularibus & exemptis in eorum Ecclesiis publicanda, atque servanda. Referunt Fusc. *de visit. lib. 2. cap. 15. num. 62.* Henriquez *in sum. lib. 3. cap. 42. §. 3. in fin.* Fr. Emman. *in addit. ad Bullam Cruciate, fol. mibi 29.* Fr. Ioan. à Cruce *de statu Regul. lib. 2. cap. 7. dnb. 2.* Franc. Leo *in Thesoro fori Eccles. part. 1. cap. 8. num. 19.* Piasc. *in praxi Episc. part. 2. cap. 3. num. 47. vers. censuras.* Vgolin. *de Offic. Episc. cap. 20. §. 3. num. 3.* Campan. *in divers. Juris Canon. rub. 12. cap. 13. n. 114. cum seqq.* Aloyf. Ricc. *in praxi aurea, resol. 216. vers. 5.* Novar. *in lucerna Regul. verb. Interdicta.* Homobon. *de Bonis de Examine Ecclesiastico, tract. 11. c. 12. q. 23. supposit. 2. & 3.* Erasim. à Cochier *de Jurisdic. Ord. in exemptis, part. 2. quest. 45. num. 46.* Laurent. de Peyrinis *in Const. sui Ordinis Minim. tom. 1. consil. 26. Leonis X. num. 13. cum seqq.* Ego ipse *d. part. 3. allegat. 105. num. 43.* Tambur. *d. tom. 3. disp. 5. quest. 11. num. 53.* & alij penes ipsos quibus adde Machadum *de Pers. Confess. tom. 2. lib. 4. part. 6. tract. 10. docum. 4. num. 3.* vbi sic ait: [Puede tambien el Obispo proceder contra los Religiosos que no quisieren publicar en su Iglesia los entredichos, y censuras que el mandare que se publiquen; porque à esto estan obligados por Derecho comun, y nuevo del Concilio Tridentino. Item, puede el Obispo proceder contra los Religiosos que no observaren en sus Iglesias el entredicho, cessacion à Divinis, que se pusieren por la Sede Apostolica, ò por el Ordinario; por ser assi, que el mismo Concilio les obliga à ello.] Ita ille.

5. Sed vt Patri Bruno Auctorem Regularem adducamus, sentiat Hieronymum Garciam *in Polit. Regular. tom. 1. tract. 8. difficult. 3. dub. 2. punct. 3. num. 21.* sic afferentem, [Pueden los Obispos, iuxta prædictum Concilium, *sess. 25. cap. 12.* hazer publicar en las Iglesias de los Conuentos, y mandar guardar el entredicho, no solo puesto por el Papa, ò Nuncio à Latere, sino tambien puesto por el mismo Obispo à toda Diocesi, Ciudad, ò Villa.] Vide etiam Merollam *tom. 3. disput. 7. cap. 5. dub. 9. num. 153.* & tandem Andreas Mendo *in Bulla Cruciate, disputat. 15. cap. 1. num. 9.* sic ait: Debent nostri mandanti Episcopo, qualibet interdictione promulgata publicare, & obsequare juxta Decretum Tridentini *sess. 25. cap. 12. de Regularibus.* Ita ille.

RESOL. XLII.

An Episcopus possit punire Regulares in casu, *sess. 7. c. 14.* Concilij Tridentini?

Et pro praxi hujus difficultatis aliqua notabilia dissentiantur in textu hujus Resolutionis quoad Regulares; & etiam quoad Equites Sancti Joannis Hierosolymitani degentes, & delinquentes extra Claustra, & quoad degentes intra Claustra, sed extra delinquentes; & etiam si cum notorietate, & scandalo deliquerint intra Ecclesiam sui Monasterij; & quid in istis casibus Episcopis competat facere? Ex p. 1. r. 2. & Milc. 2. Rel. 23.

§. 1. Negativè respondet Bruno de privi. Regul. *tr. 2. c. 4. propos. 1.* Nec obstat, ait, Tridentinum contrarium decernere *sess. 7. cap. 14.* vbi ha-

betur; In exemptorum causis constituto Innocentij IV. quæ incipit, *Volentes*, in Generali Concilio Lugdunensi edita servetur: quam eadem Sacrosancta Synodus innovandum censuit, & innovat; Addebat insuper, quod in civilibus causis mercedum, & miserabilium personarum, Clerici Sæculares, & regulares extra Monasterium degentes quomodolibet exempti, etiam si certum Iudicem à Sede Apostolica deputatum in partibus habeant; in aliis verò si ipsum Iudicem non habuerint, coram locorum Ordinariis, tanquam ab ipsa Sede delegatis conveniri, & jure medio ad solvendum cogi, & compelli possunt; Privilegiis, exemptionibus, conservatorum deputacionibus, & eorum inhibitionibus, adversus præmissa nequaquam valuerint.

2. Respondetur, in locis in quibus Tridentinum non est receptum objectionem minime procedere; vbi autem receptum est, non efficere Regularem gaudentem præfatis concessionibus, & intra Claustra degentem, vt sæpius Sacra Congregatio Cardinalium declaravit: nec etiam illum qui extra Claustra degit, teste Marcelino à Sancto Benedicto *in Conspectu Privileg. Fulcrum, verb. Conveniri*, cuius Congregationis declarationes inferius afferemus. Ratio est, quia illud decretum non habet clausulam revocatoriam necessariam ad revocationem privilegiorum, vt diximus *in Tractatu de Privileg. in comm.* Quod autem hæc responsio sit pertinens, probatur quoad præcipuam partem, videtur, quod Regularis exemptus sit ratione delicti ab Episcopi jurisdictione, quoniam non est vltimus creditibile, Decretum Tridentini posterius abrogare prius decretum: hoc autem faceret, si supra positum decretum afficeret huiusmodi Regularem. Minor probatur ex Tridentino *sessione 25. de Regular. cap. 14.* vbi sic loquitur; Regularis non subditis Episcopo, qui intra Claustra Monasterij, & extra ea ita notorie deliquerit, vt populo scandalo sit; Episcopo instante à suo Superiore, intra tempus ab Episcopo præfigendum severe puniatur; ac de punitione Episcopum certiorum faciat, sin minus à suo Superiore officio priuatur.

3. Quibus verbis videre est, Regularem intra, & extra claustra delinquentem non esse quoad cognitionem delicti jurisdictioni Episcopi subditum: cum Tridentini verba illum ad suum Superiorem remittant, ac ex consequenti decretum prædictum *sess. 7. cap. 14.* Tridentini non afficere Regularem, vt supra exemptum, alioquin hoc posterius, prius decretum destrueret. Ita ille.

4. Sed communiter Doctores asserunt, quod Ordinarij tanquam Sedis Apostolicæ Delegati, in causis mercedum, & miserabilium personarum regulares debitores extra Monasterium degentes, cogere, & compellere ad solvendum debitum, possunt, quanvis certum Iudicem à Sede Apostolica deputatum in partibus habeant, & in aliis quoque si ipsum Iudicem non habuerint, privilegiis, exemptionibus, &c. nequaquam valuerint. Et ita docet Merolla *tom. 3. disput. 7. cap. 5. dub. 9. num. 132.* Sanchez *in Opuscul. tom. 2. lib. 6. cap. 9. dnb. 2. n. 5.* Tamburinus *tom. 3. de jure Abbatum. disp. 5. q. 1. n. 190.* Henriquez *lib. 7. de Indulgent. cap. 25. n. 5. in Gliffa, Altera O. & alij.*

5. Nota etiam hic absolute, quod Regularis extra Monasterium degens, si deliquerit, ab Ordinario loci, tanquam Sedis Apostolicæ delegato, puniri potest, vt statuit Concilium Tridentinum *sess. 6. cap. 3. de Reformat.* quæ dispositio habet etiam locum in Equitibus Sancti Joannis Hierosolymitani, vt inquirunt Navarr. *conf. 22. de Regular. in prima edit.*

De Dubiis Regularium. Resol. XLII. &c. 29

edit. & conf. 12. in secunda. Sayrus decif. 25. eod. titulo. Campanil. in diuersi. Iur. Canon. rubr. 12. cap. 13. num. 22. Aloyf. Ricc. collect. 503. vers. Amplia primo. Azor. tom. 1. lib. 13. c. 4. quæst. 3. Rodriguez 99. regul. tom. 2. quæst. 2. art. 4. & quæst. 63. art. 7. vers. 5. Dicitur autem, quod tunc Regularis maneat extra Monasterium, quando non uiuit sub Superiore conuentualiter, & ita declarauit Sacra Congregatio, vt referunt Genuenf. in praxi Archiepiscopi. cap. 59. Piafec. in praxi Episcopi. part. 2. cap. 3. num. 42. Campan. loc. cit. & Barbola de potest. Episcopi. p. 3. alleg. 105. num. 16. Si vero maneat de Superiorum licentia sub Regulari obferuanti in aliquo membro, seu grangia sui Monasterij pro Religionis seruitio, si deliquerit, non ab Ordinario loci, sed à Superiore puniri debet secundum formam Concilij Tridentini sess. 25. de regul. cap. 14. quia cum huiusmodi Superior, possit illi dare licentiam iuxta Concil. Trident. sess. 25. cap. 4. & dicta loca sint membra, & dependantia de suis Monasteriis, censentur eodem iure, & gaudent priuilegijs suorum monasteriorum cap. Recolentes, §. Caterum, de Stat. Monach. Ita Ricc. decif. 281. Cur. Archiep. Neap. num. 4. part. 4. Barbola loc. cit. num. 17. & alij.

6. Quod si Regularis intra Claustra Monasterij degat, & extra ea ita notorie delinquat, vt populo scandalo sit, Episcopo instante, à suo superiore intra tempus ab Episcopo praefigendum, seuerè puniri debet: ac de punitione Episcopus certiorum facere: sin minus à suo Superiore officio priuandus est, & delinquens ab Episcopo puniri potest; sic habetur in Concilio Tridentino d. sess. 25. cap. 14. de qua materia agunt Nauarr. comm. 2. de Regul. num. 63: & Rodriguez 99. Regul. tom. 2. quæst. 2. art. 6. & quæst. 63. articulo 4.

7. Vbi nota, quod post Tridentinum, emanauit super hoc Bulla Clementis VIII. contra Superiores non punientes suos subditos, iuxta formam Constitutionis Concilij Tridentini, sub pena priuationis ipso facto dignitatum, ac officiorum, & inhabilitatis ad illa, ac priuationis uocis actiuae, & passiuæ, incipit, Suscepti numeris, Romæ publicata die 18. Martij 1596. quam referunt Quarant. in Summa Bull. verb. Exemptio, Cochier de Iuris. Ord. in exempt. part. 1. quæst. 17. n. 29. & Piafec. in praxi Episcoporum part. 2. c. 3. num. 44. Addunt aliqui posse Regularem in casu illius decreti Tridentini, deprehensum in delicto, deduci ad carcerem Episcopi, & sumpta informatione super delicto (dummodo sine mora sumatur) remitti cum copia processus ad suum Superiorem puniendum, cum praefinitione termini ad puniendum. Et hanc opinionem sequuti sunt Nald. in Summa verb. Episcopus numero 28. Piafec. loc. cit. num. 43. Barbola de potest. Episcopi. part. 3. allegat. 105. num. 19. & Portell. in addit. ad dub. Regular. verb. Punio religiosi extra conuentum, num. 17.

8. Sed ego quoad hoc vitium contrarium docui in part. 3. tr. 2. * ref. 152. Vide etiam circa praesentem materiam Machadam de Perf. Confess. tom. 2. lib. 4. part. 6. tract. 10. docum. 3. num. ... Qui quoad superius dicta, ponit responsiones aliquas Sacrae Congregationis ad aliqua dubia proposita, & sic ait; La primera duda es, si luego que el Religioso cometiere el delito en la forma dicha, podra el Obispo recibir informacion del, y embiarlela a su Prelado, para que no pretenda ignorancia del delito; à la qual respondo la Sagrada Congregacion que si. La segunda es, si bastaua que el Obispo requiriese vna vez al Superior del Conuento, para que castigasse al Religioso delinquente, ò si

era necesario requirir le dos, ò tres vezes, segun lo afirmauan algunos Doctores Religiosos; fundados en aquella palabra del Concilio, Instante, à la qual respondo la Sagrada Congregacion, que bastaua que el Obispo requiriese vna vez al superior del Conuento. La tercera es si el Superior del Conuento, cumple con embiar al Obispo copia de la sententia en que condena al Religioso, ò deua embiarle todos los demas autos, para que el Obispo sentere, si el castigo fuele vero como lo manda el Concilio Tridentino. La Sagrada Congregacion respondo, que no bastaua que el Superior le remitiesse la sententia sino que tambien deua embiarle los demas autos, y testimonio del castigo, y execucion de la sententia. La quarta es, si quando el Religioso delinque, Intra Ecclesiam sui Monasterij, con escandalo, y notoriedad, sea lo mismo que si comitiesse delito extra claustra. La Sagrada Congregacion respondo que si. Ita ille. Dico igitur Regulares degentes extra Claustra posse ab Episcopo puniri; degentes uero intra Claustra, sed extra delinquentes, modo quo supra ab Episcopo puniendos esse existimo; si aliter Pater Bruno sentit, non bene sentit.

Sup. hac quarta in fine § 2. huius Ref. & ad litteram infra in Ref. 44. §. Duodecimus. Sed lege eius doctrinam à S. Hoc supposito, & eius not.

RESOL. XLII.

An Episcopus possit denunciare, vt euitentur, si Regulares exempti inciderint in aliquam excommunicationem?

Et an hoc fieri possit tantum ab Episcopis in illis casibus, in quibus id illis specialiter permittitur, vt v. g. si Extrema Vnctionis, & Eucharistia Sacramenta ministrant, aut matrimonia solemnizant? Ex p. 3. tr. 2. Resol. 35.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondent Cenedus in quaestionibus Canonis quæst. 26. num. 30. Alterius de censuris tom. 1. disput. 10. lib. 3. cap. 5. in fine, Riccius in addit. ad Instit. canon. lib. 2. tit. 22. §. nec id mirum, & in praxi tom. 2. resol. 210. numer. 4. Bagnus de S. R. E. dignitatibus tract. 12. fol. 202. Truillanus lib. 1. decif. 36. num. 2. Henriquez lib. 7. cap. 25. numero 7. Rodriguez in 99. Regul. tom. 2. quæst. 63. art. 11. & Piafecius in praxi Episcopi. nouissima, part. 2. c. 3. §. 6. num. 59. vbi sic asserit. Licet Regulares exempti propter eorum priuilegia, ab Episcopo excommunicari non possint, nec ligentur statuto Episcopi excommunicationem annexam trahente, si tamen committant aliquod delictum, propter quod ex iuris communis dispositione, vel ex consuetudinibus Apostolicis incurrant ipso facto excommunicationem, possunt declarari per Episcopum, & pro excommunicationis publicati ad effectum, vt euitentur à populo Diocesis. Imò Felinus in cap. non presb. num. 3. de re iudic. dixit, exemptum sic excommunicatum, citari etiam posse ad videndum declarari, concessio enim cum sit fumenda informatio super excommunicatione incurta. Ita Piafecius.

2. Non desunt tamen Doctores contrariam sententiam docentes, & asserentes hoc fieri posse ab Episcopo tantum in illis casibus, in quibus id illis specialiter permittitur, vt v. g. si Extrema Vnctionis, & Eucharistia Sacramenta ministrant, aut * matrimonia solemnizant. Et ita docent Laurentius de Peyrinis super priuilegia Minim. tom. 1. constit. 2. Sixti IV. §. 10. numero 13. Thomas Zerola in praxi Episcopi. part. 1. ver. excommunicatio, de excommunicationis causa materialis, in fine, & Nauarr. conf. 2. vers. 2. de sent. excomm.

* Pro solenni ministratio- ne matrimo- nij in tom. 6. tr. 1. lege do- ctinam à lin. 6. Ref. 33. & aliter verif. eius prima annot.